REVERENDISSIMI in Christo patris, ac domini, dñi Balduini, Cantuarien sis archiepiscopi, de uenerabili, ac diuinissimo altaris sacramento, sermo deuotissimus, sacræq; scripturæ floribus undiquaq; respersus.

Ex præclara Cantabrigiensi academia, Añ. M. D. XXI.

REVERENDO IN CHRISTO

patri, ac dño, dño Nicolao VVesto, Eliensi episcopo, corporis pariter ac animi dotibus longe maximo, Ioānes Siberch primus utriusq; liguæ in Anglia ipressor, S. P. & obseruātiā.

HAVDquaq; temere putatur nobis typographis, multū ī libros iuris esse, quos orbi edimus. Nec plane minus esse, aut potest, aut debet, q; in aliena familiā sit ijs, qui inde quē piā adoptarint. Et illi quidē, iā patris potestatē induūt, & ab asciticio fœtu patris appellationē expectāt, & licet ueris parētibus sumptū in educādis liberis alleuēt, uī tn ipsorū adferūt potestati. Quippe quos simul & iure paterno, & noīe exuūt. Nos uero, præter nō immutatū autoribus nomen, nihil ipsis detrahimus, sed destinata tenebris uolumina eruimus, damusque in lucem, & ab obliuionis iniuria uindicamus. Seruant igitur chalcographi immēsos doctorum uirorum labores, alioquī perituros, Iam seruatori corporis, militia honorem suum non negat, impium putāt castra debito eundem fraudare premio. Equum ne igitur erit nobis aliteratis aliter fieri. Quo ergo iure aliena opera magnatibus inscribimus

4; 15

ſeridimus excuſores, habes. At quibus ego id cauſis inductus faciã, iã habe: Balduinus iſte, cui haud dubie inter ſuperos non infimus eſt locus. Anglus erat archiepiſcopus, eruditus, facũdus, id quod uel ex hoc opuſculo facile deprehẽderit Genius tuus, atq; adeo non alio cuipiam dedicandus, q̃ tibi oĩbus modis ipſi uirtutibus pari, & ut rara corporis proceritate, ita animi ſpecie multo maxime ſuſpiciẽda. Nam ut prudentiam, iuſtitiam, liberalitatem, & fortitudinem omittam, uirtutes, ſic alijs tecum comunes, ut tibi tamen maxime uideantur peculiares, Religionis adeo es immenſus, ut nemo maiore impetu, aut acrius rempublicam Chriſtianam, iam pridẽ extra modũ labefactatam, aut uerbis, aut ŏpere, aut opibus defendat. Nec dubium feliciter, quod tã prŏpte. Sequũtur enim his in rebus egregiam mortalium alacritatem, propitia plærũq; numina. Et quid miri? cum occulta cauſa ad eiuſmodi pugnas, humana pectora incitent, atq; inflamẽt cæleſtia λώμητα ἴχοντες. Perge igitur qua cepiſti, μίγα βρετοῖσιν φίγγος, eccleſiarq; libertates defẽde a deo optimo max. ſeruatæ: ſpõſæ digna animo tuo præmia recepturus. De me, ne improbus tuæ magnitudinis uidear interpellator, ſic ſentias obſecro, ut de illis & ſoles, & debes, qui tuo honori magna

cum

cum gratitudine inseruiunt. Siquidem quod non tantum q̃ uelim, tibi deferam, & tua, & mea fortuna in causa est, hæc, quod nihil in me magni esse uoluit, illa, quod nisi amplissimis, & honestissimis muneribus ueniat honoranda. Vale Angliæ æternum decus, & meum animum, operamq; boni cõsulas.

Aliqua de Balduino episcopo.

Fuit is reuerendus antistes dominus Balduinus, primũ monachus ordinis Cisterciẽsis, deinde abbas monasterij Fordẽsis in Anglia, uir sanctitatis eximiæ, magnæq; religiõis, qui ob eãdem uitæ suæ sanctitatem, præclaramq; eruditionem, dehinc Vuigoriẽsis episcopus, postremo Cantuariẽsis ecclesiæ efficitur archipræsul, successor diui thomæ martyris. Claruitq; circa annos dñi M.C.LXX. cuius eloquentia, eximiaq; doctrina in hoc excellentissimo sermone, ceu speculo quodam clarissime relucet.

REVERENDISSIMI IN CHRIsto patris, ac domini, domini Balduini, Canthuariensis archiepiscopi, de venerabili, ac diuinissimo altaris sacramento, Sermo deuotissimus, sacraeque scripturae floribus undecunq; respersus.

SACRAMENTVM dominici corporis, & sanguinis, pro sua dignitate & reuerentia, dignum est a dignis digne tractari, digne confici, digne percipi, digneq; dispensari. Magna & inestimabilis est dignitas huius sacramenti, & quis poterit ad eam? Magna est supra omnem modum intelligentiae nostrae, supra omnem mensurā capacitatis nostrae. Magnum est uniq; pretiū mundi, prætiū sine pretio, pretium impretiabile, quod nulla estimatione taxari potest. Magnum, inquit Apostolus, pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Sacramentū hoc,

A sacrificiū

ſacrificium eſt ueritatis, nil in eo fictum, nil in eo ſimulatum, nil fucatum, nil magicis præſtigijs adumbratum: ſed uera ſynceritas, & ſyncera ueritas. Veritas in eo quod patet, ueritas in eo quod latet: patet uiſibilis, & uera ſpecies panis. Ante conſecrationem quidem, eſt ibi uera ſubſtantia panis: ſed in cõſecratione, potenti uirtute uerborum, tranſſubſtantiatur, & muratur in ueram carnem Chriſti. Poſt cõſecrationem, totus Chriſtus ſub ſpecie uiſibili abſconditus eſt, qui poſuit tenebras latibulum ſuum. Ad quem Propheta loquitur, dicens: Vere deus abſconditus, tu es rex Iſrael, ſaluator. Abſconditus fuit Chriſtus ab initio in ſinu patris, abſconditus fuit poſtmodum in forma ſerui, quam aſſumſit: abſconditus eſt & nunc in ſacramento, quod ipſe inſtituit. Abſconditum in ſinu patris, fides inuenit: abſconditumq; in homine, fides nihilominus inuenit, inuenit & ipſa fides in ſacramento abſconditum. Magna uirtus fidei, magnam habet familiaritatis gratiam apud dominum: at ubi inuenerit, acceſſum habet ad eum, & quodam domeſtico familiaritatis auſu, ipſa penetralia, ipſumq; cubiculum irrumpit, non arcenda ſe putat ab ijs, qui cuſtodiunt atrium, non ab oſtiarijs, non a cubicularijs, ſecura ingreditur, & myſterijs conſiliorum dei cõfitenter

ac reu-

ac reuerenter sese adiungit. Et quid mirum, si deus consilia sua, fidelium suorum fidei committit? Non ne reges & principes populorum fidelibus suis cõsiliorum suorum mysterium communicant? Fidelis est deus, & absq; ulla iniquitate, & fideles amat sine iniquitate, qui fidem sibi seruant, & in fide seruiunt. Omnia opera eius in fide, & absq; fide impossibile est ei placere aliquid. Temptat autem deus fideles, & electos suos, ut inueniat eos dignos se. Temptat fidem eorum, temptat & spẽ, temptat & dilectionem. Sed de fide nunc agitur, quæ multis modis a deo temptatur, & in hoc sacramẽto maxime ad probationẽ exercetur. Decreuit deus æterno consilio, in morte unigeniti filij sui, mundum saluare, & in mundum saluatorem, & salutem mittere, nec aliam salutem, quam ipsum saluatorem. Quod decreuit, hoc & promisit, & consilium suum fidelibus suis reuelauit. Adquieuit fides sanctorum, crediderunt, expectauerunt promissionis impletionẽ. Deus autem distulit Christum suum. Quare distulerit? secreti sui conscius est, ipse nouit. Interim autẽ exercebat fides iustorũ. Quod promisit deus, hoc ad probationẽ fidei multis modis uoluit adũbrari, & uarijs rerũ significatiõibus, & sacrificiorũ figurari. Vetus enim illa legaliũ sacrificiorũ solẽnitas, per legẽ istituta, & a prophetis approbata, quædã fuit factæ

quasi rememoratio,& futuræ completionis mysti
ca significatio,ut res mirabiliter promissa,& mirabi
liter post futura,testimoniū habēs a lege & ꝓphe-
tis,in iugi sacrificiorum frequentatione,a memoria
nunquam excideret.In his quippe futurorū signis,
fides exercebatur, ad diuini honoris obsequiū, ne
otio languens, a feruore suæ deuotiōis tepescceret,
& ab spe suæ expectationis, obliuionis occasione
deficeret.Et si fidelis quispiam secum tractaret,quid
sibi uolunt hæc,pietas deuotionis semper habebat
certum,quod in conscientia fidei manebat occultū.
Et hæc quidem sic erant,donec umbra cederēt, ue-
ritas succederet. Venit enim qui uenturus erat, ue-
nit sanctus Israel,factus est homo, in terra uisus est,
cum hominibus conuersatus est, notas fecit mun-
do uias uitæ,& impleta dispensatione,pro qua ue-
nerat,ascendit in cælum, ubi & nunc est ad dexte-
ram dei sedens. Anteq̄ in celum ascenderet,ne disci
puli, cæteriue fideles post futuri, de ipsius auxilio,
subtracta oculis eorum corporali præsentia,diffide
rent,uel desperarent,consolatus est eos,dicens:Ec-
ce ego uobiscum sum,usq; ad consumationem sæ-
culi.Ergo nobiscum est noster Iesus. Cur nostrum
non dixerim,qui nobis datus est: filius enim datus
est nobis:nonnihil iuris sibi uendicabat in hoc Iesu,

qui

qui ait: Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in deo Iesu meo. Hic noster Iesus, cum quo dominus omnia nobis donauit, non sustinet a nobis abesse, intantum nos amat, sicut ipse qui est patris sapientia, ait: Delitiæ meæ, esse cum filijs hominũ, nobiscum fuit in carne positus, anteq̃ moreretur, p nobis: nobiscum fuit & in morte, quantum ad corporis præsentiam, de terra nondum sublati. nobiscum post mortem, in multis argumentis, discipulis apparens, nobiscum est etiam nunc, usq̃ ad cõsumationem sæculi, donec sumus nos cũ illo, quia semper cum domino erimus. Ecce quantum nos amat Iesus, neq̃ mors neq̃ uita potest eum separare a nobis in caritate, qua nos diligit: propterea neque mors, neq̃ uita debet nos separare a charitate ipsius. Quis enim diligendus est, si ille non est, immo quis ita nobis diligendus est, ut ille. Nam ut cætera taceam, si non sumus ingrati & maligni, hoc sufficere debet, quod ipse diligit nos. Nil magis debetur amanti, q̃ uicissitudo amoris. & qui amat, uult amari, & hoc iustitia quidem. At qui amari uult, & amare non uult, mirum si uel suo iudicio absoluit, ne iniquus sit. Vero autem iudicio, qui amantẽ nõ amat, & ipse indignus est amari. Qui uero Iesum non amat, suo magno periculo facit, dignus execra-

tione,& maledictione Apostoli dicentis: Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema maranatha. Econtra idem precatur dicēs: Grātia cum omnibus, qui diligunt dominum nostrum Iesum Christum in incorruptione. Iesus quidem prior dilexit nos, & ne non diligatur a nobis, semper est nobiscum usq; in cōsumationem sæculi, dominus uirtutum nobiscum, susceptor noster deus Iacob. Ex quo deus Iacob supplantatoris, & luctatoris, susceptor noster factus est, nostrā carnē susscipiēs, dñs uirtutū nobiscū est, sicut ipse de iusto ait: Cū ipso sum ī tribulatiōe. Et iustus ad eū: Si ambulauero ī medio umbræ mortis, nō timebo mala, quoniā tu mecum es, Nobiscū est Emanuel, aduersus eos, qui tribulāt nos, & qui gratulant malis nostris. Nobiscum est in necessitatis articulo, ī protectionis auxilio, in oī cōsolatiōis, & subuentiōis beneficio. Et his quidē modis, fuit cū antiquis iustis, nunc aūt nobiscū est per incarnatiōis mysteriū, in communis naturæ cōsortio. Nec hoc fine dilectionis, contentus est Iesus, ut tamen nobiscū sit. Arcto ri cōplexu nos stringit, & mirabiliter unit per cōmunionis sacramentū, ut sit in nobis, & nos in ipso, sicut ipse ait: Qui manducat meā carnē, & bibit meū sanguinem, in me manet, & ego in eo. Christus autem

qui

qui manet in nobis, uiuit in nobis, iuxta q̄d Apo. ait: Viuo aũt iã nõ ego, uiuit uero in me Christus. Quod si Christus uiuit ī nobis, & ſpũs dei habitat ī nobis. Et iuxta eundē Apo. Si quis ſpũm Chriſti nõ habet, hic nõ eſt eius. Si aũt Chriſtus in nobis eſt, corpus quidē mortuũ eſt, ꝓpter pc̄tum, ſpũs uero uiuit, ꝓpter iuſtificationē. Si aũt ſpũs eius qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis, habitat ī nobis, qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis, habitat in nobis, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtũ a mortuis, uiuificabit, & mortalia corpora noſtra, ꝓpter inhabitantē ſpũm eius in nobis, Et ipſe dñs ait: Qui mãducat meam carnem, & bibit meũ ſanguinem, habet uitam æternam. In hoc itaq; ſacramēto, uita noſtra abſcondita eſt cũ Chriſto in deo. Hic abſcondita eſt uita æterna, & ſalus uera, quæ antiquis promiſſa eſt, & nobis data eſt, quæ reuelabitur in nobis, cum uenerit deus glorificari in ſanctis ſuis, & ammirabilis fieri omnibus, qui crediderunt. Magnificauit dominus facere nobiſcum, quod antiquis promiſit, ex magna parte iã nobis exhibuit. Exhibita eſt nobis in hoc ſacramento, ueritas antiqui conſilij, de quo propheta dicit: Dñe, conſiliũ tuũ antiquum, fiat uerũ. Hæc eſt ueritas ꝓmiſſionũ dei, ueritas ſignorũ, ueritas ſacrificiorũ, ueritas ũbrarũ, & figurarũ. dēiq; hæc cē ipſa ueri-

tas

tione,& maledictione Apoſtoli dicentis: Si quis non amat dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit anathema maranatha. Econtra idem precatur dicēs: Gratia cum omnibus, qui diligunt dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in incorruptione. Ieſus quidem prior dilexit nos, & ne non diligatur a nobis, ſemper eſt nobiſcum uſq; in conſumationem ſæculi, dominus uirtutum nobiſcum, ſuſceptor noſter deus Iacob. Ex quo deus Iacob ſupplantatoris, & luctatoris, ſuſceptor noſter factus eſt, noſtrā carnē ſuſcipiēs, dñs uirtutū nobiſcū eſt, ſicut ipſe de iuſto ait: Cū ipſo ſum ī tribulatiōe. Et iuſtus ad eū: Si ambulauero ī medio umbræ mortis, nō timebo mala, quoniā tu mecum es, Nobiſcū eſt Emanuel, aduerſus eos, qui tribulāt nos, & qui gratulant malis noſtris. Nobiſcum eſt in neceſſitatis articulo, ī protectionis auxilio, in oī cōſolatiōis, & ſubuentiōis beneficio. Et his quidē modis, fuit cū antiquis iuſtis, nunc aūt nobiſcū eſt per incarnatiōis myſteriū, in communis naturæ cōſortio. Nec hoc fine dilectionis, contentus eſt Ieſus, ut tamen nobiſcū ſit. Arcto ri cōplexu nos ſtringit, & mirabiliter unit per cōmunionis ſacramentū, ut ſit in nobis, & nos in ipſo, ſicut ipſe ait: Qui manducat meā carnē, & bibit meū ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Chriſtus autem

qui

qui manet in nobis, uiuit in nobis, iuxta q̄d Apo. ait: Viuo aũt iã nõ ego, uiuit uero in me Christus. Quod si Christus uiuit ī nobis, & ſpũs dei h. bitat ī nobis. Et iuxta eundẽ Apo. Si quis ſpũm Chriſti nõ habet, hic nõ eſt eius. Si aũt Chriſtus in nobis eſt, corpus quidẽ mortuũ eſt, ꝓpter pc̃tum, ſpũs uero uiuit, ꝓpter iuſtificationẽ. Si aũt ſpũs eius qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis, habitat ī nobis, qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis, habitat in nobis, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtũ a mortuis, uiuificabit, & mortalia corpora noſtra, ꝓpter inhabitantẽ ſpũm eius in nobis, Et ipſe dñs ait: Qui mãducat meam carnem, & bibit meũ ſanguinem, habet uitam æternam. In hoc itaq; ſacramẽto, uita noſtra abſcondita eſt cũ Chriſto in deo. Hic abſcondita eſt uita æterna, & ſalus uera, quæ antiquis promiſſa eſt, & nobis data eſt, quæ reuelabitur in nobis, cum uenerit deus glorificari in ſanctis ſuis, & ammirabilis fieri omnibus, qui crediderunt. Magnificauit dominus facere nobiſcum, quod antiquis promiſit, ex magna parte iã nobis exhibuit. Exhibita eſt nobis in hoc ſacramento, ueritas antiqui conſilij, de quo propheta dicit: Dñe, conſiliũ tuũ antiquum, fiat uerũ. Hæc eſt ueritas ꝓmiſſionũ dei, ueritas ſignorũ, ueritas ſacrificiorũ, ueritas ũbrarũ, & figurarũ. dẽiq; hæc cẽ ipſa ueri

tas

tas Christus, qui dicit: Ego sum ueritas. Hãc ueritatẽ ignorauit Pilatus dicẽs: Quid est ueritas? Et exiuit foras. Qui exiuit foras, foris maneat, & infidelis si discedit, discedat. At nos ne foris maneamus, ne portio nostra cum infidelibus: intremus in sanctuarium dei, & fide duce, introeamus in potentias domini, In fide huius sacramenti attẽdamus potentiã dei, apud quem non est impossibile omne uerbũ: cuius sermo omnipotens est, & semper uerax est: cui semper subest cum uoluerit, posse. Sufficit nobis ad fidei huius testimonium, Christum, qui est dei uirtus, & dei sapiẽtia, discipulis suis dixisse: Accipite, hoc est corpus meum. Si humana sapientia in corde nostro remurmurat, murmurationem eius, pietas fidei compescat. Exhibeamus honorẽ uerbis dei in humilitate fidei, deferamus tam uenerabili sacramento, tanq; excellenti gratiæ, omnem reuerentiam, in munditia manuum, & puritate uitæ. Hoc enim pignus dilectionis suæ, benignus Iesus nobis reliquit, cum ueniret hora eius, ut transiret de hoc mundo ad patrem, uolensq; probare fidem, & caritatem suorum, quasi quendam locum certaminis, in hoc sacramẽto posuit, in quo exercerẽt, quos probari uoluit. In primis, fides humana, & humana ratio compugnant, & hoc agitur inter eas, ut altera

alteri

alteri oculum eruat, nec est finis huius pugnæ, citra alterius excecationem. Habet enim humana ratio oculum suum, habet & fides suum. Oculus quidē rationis lippus est, & sæpe uisibilia, & prope posita, uidere non potest. Oculus autem fidei acutus est, quo inuisibilia dei intellecta conspiciuntur. Circa uirtutem huius sacramenti, mens hebet, oculus rationis caligat, omnis sensus corporis obtunditur, manus curiosa, & in contrectatione sedula, nulla sua diligentia explorare potest, nisi ea, quæ huiusmodi panis esse solent. Experientia, gustus, & oculorum intenta contemplatio, per saporem & colorem, superscriptionem & formam, cæteraq; circumstantias, cogitationi suggerunt, quia panis est, & non caro, ratio consulta respondet, quod carnalibus cogitationibus persuasum habet, & corporeis sensibus exploratum. Oculus enim humanæ rationis inuisibilia dei comprehendere nō potest, nisi collirio gratiæ inungatur, ueroq; lumine illustret, de quo scriptum est: Præceptum domini lucidum, illuminās oculos. Si oculus tuus, inquit dominus, scandalisat te, erue eum, & proice abs te. Hoc de oculo humanæ rationis non inconuenienter intelligitur, qui pietati fidei sæpe scandalum est, sed cum scandalisat, eruendus est. Melius est enim unum oculum sa

ne fidei habentem, ingredi ad uitam, quã duos oculos habentem, alterum fidei, alterum humanæ rationis, mitti in gehennam. Quasi duos nempe oculos habet, qui humana sapientia ducitur, & fidem ex ea tantum parte recipit, ubi humanis rationibus consentanea esse uidetur. Fides autem nostra, maius testimonium habet, quoniam ab humana ratione, subnixa est diuina autoritate, quæ quidem summa ratio est, omnem humanam rationem incomparabiliter superans. Nec certius habendum est, quod humana ratio cordi suggerit, quã quod spiritus dei, qui suggerit omnem ueritatem, occulta inspiratione submittit. Reuelat enim aurem cordis, lenicq; susurro, simplicitatem pietatis, & mysterium fidei loquitur, & cum simplicibus sermocinatio eius, & qui est ex deo, uerba dei audit. Nõ caro & sanguis, non carnalis sapientia, & animalis sensus, reuelauit Petro mysterium fidei, sed pater cælestis, qui est in celis. Subnixa est ergo fides nostra ueritate, principium & fundamentum habens ab ipso ueraci deo, cui dictum est: Principium uerborum tuorum ueritas. Non enim fallit deus, quia summa ueritas est, non fallitur, quia summa sapiẽtia est, non infirmat, quia summa uirtus est. Quicquid dixerit, uel prædixerit, hoc & fiet: cui tam promptum est facere, q̃ dicere

dicere, ut fiat. Sicut tractauit, sic erit: omne consiliū eius stabit, & si ipse decreuerit, quis poterit infirmare? Subnixa ergo debet esse fides nostra certitudine. Non enim coniecturis errat, nō ambigit, quasi de re dubia, non hesitat, quasi de re incerta, non titubat, non uacillat, non fluctuat, sed stat supra firmam petram, supra fundamentū, quod nemo mutare potest, quod est Christus Iesus. Si fides est scientia salutis, cur non credatur habere certitudinem? Scio, inquit Iob, quod redemptor meus uiuit: Scio inquit, Martha, quia quæcūq; poposceris ad deo, dabit tibi deus: Et de fratre loquens: Scio, inquit, quia resurget in resurrectiōe, in nouissimo die. Scio, inquit Apostolus, cui credidi, & certus sum. Idem de Abraham loquens, ait: Non hesitauit diffidētia: sed fide confortatus est, dās gloriā deo, sciēs, quia quæcunq; promisit deus, potens est & facere. Ergo ne conscientia fidei certitudinē non habet? Quis hoc dixerit, nisi qui nō credit, uel qui tepide credit? Fides autem cum subnixa sit summa autoritate, ueritate, & certitudine, autoritate excludit fictionē, ueritate errorē, certitudie dubitationē: Qui aūt impie dubitat, proximus est infideli. A dubitatione enim cepisse uidetur peccatum infidelitatis, & crimē apostasiæ in homine. Cum enim accederet temptato-

 tor ad

tor ad mulierem, a quæstione dubitationis baiula, sic exorsus est: Cur præcepit uobis deus, ne comederetis? &c. Vt quæstio animum mulieris pulsauit, quasi afflata sibilo, & inflata ueneno serpentis, tumuit, & hesit, & mox ad dubitationem cor inclinauit, dicens: Ne forte moriamur. Dubitationem mente conceptam, uerbo dubitationis expressit, & sermonem quem deus dixerat, in dubium reuocauit, & in corde mulieris, quasi causa quædam actitata est. Superba ratio mulieris, quasi iudex sedebat pro tribunali, uel in cathedra pestilentiæ. Sermo quem dixerat deus, quasi reus adducitur in mediũ. Accusator accessit, & sermonem reum mendacij defert, dicens: Nequaq̃ moriemini. Perinde est, ac si diceret: Falsus est sermo comminatorius, quo deus mortem interminatus est. Tũc mulier, quasi adhuc dubia, nondum omnino impulsa, ut caderet, sed nutabunda, similisq; parieti inclinato, & materiæ depulsæ, adhuc inter comminationem dei, & suggestionem diaboli, quid crederet, nescia. interim respexit lignum de quo agebatur, uiditq; quod esset bonum ad uescendum, pulchrum oculis, & aspectu delectabile. Blandiente aspectu ligni, ualuit hoc totum, quasi ad testimonium pro parte accusatoris. Nullum enim signũ mortis apparuit in ligno,

unde

unde putaret accusator falsum dixisse, uel deus fal
sum non dixisse. Accessit ad hoc, quod mulier na=
turaliter uitam amabat, quam serpens repromitte=
bat, & mortem æque non amabat, quam deus in=
tentabat, usum quoq; uitæ experta, & mortis inex=
perta, magis sequebatur, quo eam trahebant amor
& experientia, & sic tandem uicta, extendit ad ini=
quitatem manum suam. Sic seducta est, & primum
ad dubitationem, & a dubitatione ad infidelitatem
perducta, ut falsum crederet, quod deus prædixe=
rat. Sic persuasa est, ut a concupiscentia incipiens,
& ad consensum perueniens, præsumeret, quod de
us interdixerat. Interea superba ratio pro tribunali
sedens mulierem a metu mortis absoluit. nec domi=
num in sermonibus suis iustificauit, sed superbo iu
dicio, falsi condemnauit. Et sic mulier honorem fi=
dei, quem uerbis dei exhibere debuit, ad gloriam
temptatoris transtulit, illi credens, deo uero nō cre=
dens. Superba uoluntas, superbæ rationi assidebat.
quæ honorem obedientiæ, deo subtraxit, & per in=
obedientiam, tempratori se sponte subdidit. Cor=
rupta est itaq; in muliere ratio, per superbiam, quia
de fide sermonis dei dubitauit. Non enim fas est
de uerbis dei dubitare, & impium est, sermonibus
eius non adquiescere. Nemo enim per iudicium rā

tionis,& libertatem uoluntatis,ad imaginem, & similitudinem dei conditus,naturali æquitate, in his debet subditus esse deo, ut semper uelit illi subesse, a quo cepit esse,sic humilians rationē ante eum, ut credat omnibus uerbis eius,sic uoluntatem, ut obediat omnibus præceptis eius. Pietas siquidē fidei, rationem humiliat in homine:obedientia uoluntatem. Superbia humanæ rationis,quæ pietatem detrectat, & sub fide humiliari nescit, cæcitas cordis est damnabilis,deo odibilis,dū non acquiescit credere,quod non sufficit comprehendere. Cum dñs illuminasset cæcum natum, non credentes pharisæi magis excæcati sunt,& obscurati sunt oculi eorum, ne uideant. At dominus nouitatem miraculi tanti, contra eos interpretans,dixit:Ego in iudicium ueni in hunc mundum,ut qui non uident,uideant, & uidentes cæci fiant. Vt qui non uident per superbiam,uideant per humilitatis gratiam, & qui uidēt per superbiam,non uideant per subtractam gratiā. Et in sequentibus addit: Si cæci essetis, peccatum non haberetis:sed quia dicitis, quia uidemus,peccatum uestrum manet. Bona cæcitas est,in seipso magna non uidere,& quæ scire non licet,pie ignorare. Propterea ī celestibus mysteriis,& diuinis sacramē tis,oīs īpia dubitatō,a corde nostro ,pcul pellenda est,

est,oīs curiosa īquisitio cōpescēda est,ut fides,quæ habet ueritatis conscientiā,habeat etiam piā ignorā tiā.Incōprehensibilis enim dei sapientia,inter angu stias humanæ rationis coartari non potest. In hoc ergo sacramento,tota humana ratio, sub pietate fi= dei humilianda est.Ita enim oportuit, & ordo no= strę reparationis hoc exigebat,ut imago dei, quæ per superbiā rōnis deformata est, ī ipso sacramēto redēptiōis nostræ, per humilitatē rōnis debeat re= formari. Hō itaqꝫ rōnem suā totā deo humiliās. de hoc sacramēto id credat,qđ dns instituit credēdū, dicēs:Hoc est corpus meū.Credat hoc firmiter,cre dat īdubitāter.cōfiteat fideliter. Si uidet īpossibile, iuxta humanā rōnem,si īcredibile scūdū humanā sa piētiā,semper uerū & certū maneat ī cōsciētia fidei, ꝓpter diuini sermōis reuerētiā,credat hō magis deo qꝫ sibi,credat se deo,ne deus nō se credat illi: credat spūm suū deo,ut sit creditus cū de spūs eius: credat rōnē suā deo, & abneget semetipsū,& sicut audit a deo,ita iudicet,illū sequēs,qui dicit:ego sicut audio iudico.Christus itaqꝫ exēplū ꝯgruæ humilitatis,ī se nobis exhibuit,ī humilitate iudicij,& humilitate uolūtatis.De hūilitate iudicij scriptū est. Ego sicut audio,iudico.Et per ꝓphetā dicit:In hūilitate subla tus ē iudiciū eius. De hūilitate uolūtatis dicit: Non

ueni

ueni facere uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me. Christus a se non est, nec a se operat, sed a patre, sic ipse dicit: Ego a me non possum facere quicq̃. Sicut filius a patre est, ita a patre habet iudicare, & uelle operari, in his tamen patri æqualis. Discat hinc homo, qui a se non est, sed a deo factus est, nil a se iudicare, sed a deo, nil a se uelle, nil a se operari, in his maxime, quæ ad salutem operantur, uel cooperantur. Sacrificium hoc, de quo nunc agitur, non solum sacramentum est ad sanctificationem, sed exemplum in se continet, ad imitationem. Sacramentum, per mysterium fidei, exemplum ad formam uiuendi. Sacramentum ad humilitatem rationis, exemplum ad humilitatem uoluntatis. Illis quidem prodest sacramentum, qui imitant exemplũ. Qui non imitantur exemplum, nec illis prodest sacramentum. Forma autem uiuendi, non solum hoc sacrificio præscripta est, sed in figura huius sacrificij, dudum præmonstrata fuit. In lege enim Moysi decima die septimi mensis, solennis hostia iubet offerri, cuius caro crematur extra castra, & sanguis infertur in sancta. Nam, ut Apostolus dicit, Quorum animalium sanguis infertur in sancta, horũ corpora cremantur extra castra. Dies autem qua illa hostia prædicta offertur, dies propitiationis dicitur.

Et ad-

Et addit ſcriptura de die hac, dicens: Omnis anima quæ non fuerit afflicta die hac, peribit de populo ſuo. Quomodo dies afflictionis, dies propitiationis eſt? Nunquid afflictio propitiatio eſt, aut quomodo afflictio propitiatio non eſt, ſi omnis anima quæ non fuerit afflicta die hac, peritura eſt? Melius utiq; eſt hac die affligi, quã perire de populo ſuo. Quorum animalium ſanguis infertur in ſancta, horum corpora cremantur extra caſtra. Qui enim non fuerint hic per diſciplinam affligi, horũ animæ non poterunt in cælum recipi. Tunc quippe ſanguis in ſancta infertur, cum anima in cælum ſuſcipitur. Animam uero per ſanguinem ſignificari, frequens eſt in ſacra ſcriptura, & rationem huius ſignificationis, ipſa ſcriptura non reticet, dicens: Anima omnis carnis, in ſanguine eſt. Hinc dominus ad ſpeculatorẽ domus Iſrael. Qui iniquo iniquitatem ſuam non annunciat, per ſanguinem animam ſignificans, dicit: Sanguinem eius de manu tua requiram. A neceſſitate Chriſtianæ diſciplinæ nemo excipitur, nemo excuſatur, nulla conditio, nullus ſexus, nulla prouectior ætas, nullus ordo, nulla dignitas, nulla poteſtas. Omnis enim anima peribit, quæ non affligitur die hac, Conſonat huic, quod in pſalmo ſcriptũ eſt: Apprehendite diſciplinam, nequando iraſcatur dominus,

minus, & pereatis deuia iusta. Periturus certe ē, qui disciplinam non apprehenderit. Hinc Apostolus ait: Si extra disciplinā estis, ergo adulteri estis. Nō Christi estis: sed diaboli, qui adulter est, & sponsus non est. Per disciplinam autem compatimur Christo, sicut per misericordiam compatimur proximo. Compassio autem misericordiæ semper beniuola est, & si per inopiam rei familiaris non semper benifica: ideoq; in sola uoluntate, nonnunquā consistit. Nam ab operibus misericordiæ excusatur, cui facultas non suppetit. At compassio disciplinæ, nō nuda uoluntate estimanda est: sed re ipsa & afflictionis experientia, a professoribus Christiani nominis, pro Christo suscipienda est. Nā quia in multis offendimus oēs, sicut nemo immunis est a culpa, ita nemo potest liber esse a pena. Sed oīs qui offendit per culpam, debet pœnam. At qui pœnam debet, & non soluit, quasi qui dolo uersatur, debitum inficiatur. Et sicut in ciuilibus iuditijs, ut cognitores litium diffiniunt: lis quandoq; per infitiatinnom, crescit in duplum: ita & in diuinis iuditijs fit, nisi quod hij qui a deo iudicandi sunt, non in duplū codemnandi sunt: sed pœnas dabūt in interitu æternas: a facie domini, & gloria maiestatis eius. Di, simitlatio autem pœnitentiæ, quasi quædā infi-

ciatio est.

ciatio est pœnæ. Deus quidē pctā hoīs dissimulat, propter pœnitentiā. Si hō pœnitentiā dissimulat, ex alterna dissimulatiōe simultas nascitur, & processu tēporis, perpetuæ inimicitiæ, sub periculo latentis odij ichoant: & ita perseuerāt. Debitores sumus Christo, qui cōmune negotiū oim gerēs, soluit pro nobis, sicut ipse dicit: Quæ nō rapui, tunc exsoluebā. Qualia soluit pro nobis, talia exigit a nobis, & quis poterit ei extorquere? Quædam magna summa passionū, deo debebat, p liberatiōe generis hūani, & ut ait beat. Aug. Singuli debemus cōferre ad hāc summā, donec collatiōe facta cōpleat, decoq; solnat. Possessores agrorū, uel prædiorū, inferre solēt in rem publicam, uei fiscum certam pensionem, singuli pro quantitate possessiōis suæ. Ita & nos inferre debemus, quasi in quandā rem publicam, debitū canonem passionum, unusquisq; maiorem, uel minorem pro modo uirium suarum, & pro congruētia ætatis, dignitatis, & ordinis. Quid enim iustius, q̄; ut homo patiatur pro Christo, pro quo passus est Christus? Hinc Apostolus ait: Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi, in carne mea. Debitores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus. Si enim secundum carnem uixeritis, morlemini. Ecce intēta est sentētia mortis, in eos qui secun-

dum carnem uiuunt, sed nõdum lata, adhuc per pe-
nitentiam & disciplinam declinari potest. At cum
fuerit lata, non per appellationem poterit suspendi,
nulla arte, uel tergiuersatione, uel uitare poterit, uel
eludi. Christo autem pro nobis passo, non solum ti
mori, sed & pudori nobis esse debet, si delicate uiua
mus, si curãm carnis in desyderijs perficiamus. Nã
si dominus, & talis dominus, in cruce pendebat, &
pro seruo pendebat: at seruus malus, plagisq; di-
gnus, in delitijs agat, nonne cõfusione dignum est,
nonne ridiculum est? Si Christus in cruce pendẽs,
dicit: sitio, & corda nostra grauantur quotidie cra-
pula, & ebrietate, nonne turpe est, nonne probro-
sum est? Vt uulgo dici solet: non ex æquo partitus
est ludus iste. Passio certe Christi, nec ludus est,
nec ludo similis. At nos uitam nostram, ludo simi-
lem estimamus, & artem qnandam ad ludendum
compositam. Adhuc in mundo uersamur, quasi in
campo certaminis, ubi Christus dominus noster
occisus est. Quisquis ex hoc campo exierit, non ha
bens in se nec plagã, nec tumorẽ, nec liuorem, inglo
rius reputabitur: & nos quidem liuore ipsius sana-
ti sumus. Domino pro nobis in acie occiso, si illesi
euadimus, si sani, & integri corpore, nonne rei pro-
ditionis iudicamur, reiq; mortis Christi? Rei mor-
tis Christi

tis Christi fuerunt, & autores mortis, & qui morti consenserunt, & ministri qui crucifixerunt. Reus quoq; mortis Christi quodamodo est, qui uirtutẽ mortis eius, in se male uiuendo euacuat. Quamuis enim non egerit, ut Christus mortuus sit, id tamen agit, ut quoad ipsum, gratis mortuus sit. Mors enĩ Christi, illi salutem non operatur, nec crux saluatoris illi proficit, qui crucem non baiulans, seipsum perdit. Si crux Christi, quæ nobis portanda imponitur, uoluptati aduersatur, & uoluptas cruci, quomodo excusari poterũt uoluptatis amatores, ut nõ iudicentur crucis persecutores? De quibus Apostolus dicit: Inimicos crucis Christi, quorum finis interitus est, quorum deus uẽter est: & gloria in cõfusiõe eorũ, qui sapiũt terrena. Qui, ut dictũ est, rei Christi mortis sunt, non sicut autores, uel fautores, uel ministri mortis Christi, sed sicut mortis contẽptores, qui sacramentum dispensationis in se euacuant, consilium altissimi irritantes, qui celesti benedictione, & ineffabili gratia, indignos se faciunt, qui in delitijs agentes, mysterium crucis irridẽt, qui filium dei conculcant, & sanguinem testamenti pollutum ducunt, in quo sanctificati sunt, & spiritui gratiæ, contumeliam faciunt. Vita carnalis, dei iniuria est, crucis exprobratio, & in totius trinitatis, cõ

tumeliam reduntat. Iniuria est patris, quod filius cõ culcatur. Iniuria filij, quod sanguis eius quasi pollui tur. Iniuria spiritus sancti, quod gratia contemni- tur. Vos o sacerdotes domini, attendite a uolupta tibus camis, a uana sæculi conuersatione. Honorifi cate ministerium nostrum, qui lucetis sicut lumina in medio mundi. Sectamini iustitiam, apprehendi- te disciplinam: empti enim estis prætio magno, glo rificate, & portate deum in corpore uestro, circum ferentes mortificationem Iesu. In omnibus exhibe- te uos sicut dei ministros, portantes stigmata Iesu in corpore uestro, & caracterem militiæ eius, in ab stinentia, & continentia, in castitate, & sobrietate, in patientia, & humilitate, & in omni sanctimonia, & sanctificatiõe, ut omnes qui uos uiderint, cogno scant cuius sitis, & compleatur sermo propheticus in uobis. Vos sacerdotes dei, uocabimini ministri dei nostri. Et iterum: Omnes qui uiderint eos, co- gnoscent illos, quia isti sunt semen, cui benedixit do minus: Benedicite sacerdotes domini domino, be- nedicite illi, qui benedixit uobis, omni benedictio- ne spirituali in cælestibus, qui benedixit domui Aa ron. Sanctificetur in uobis deus, ut in uobis talis ap pareat, qualis est sanctus, & impollutus, & inconta

mi

minatus. Non blasphemetur nomen eius propter uos, non uituperetur ministerium uestrum propter uos. Talis sit conuersatio uestra, in medio nationis prauæ, & peruersæ, ut qui uos uiderint, dicant: Vere isti sunt sacerdotes domini, uere isti sunt ministri dei nostri. Vere isti sunt discipuli Iesu Chri Iesu Christi, apostolorum uicarij. Vere isti sunt semen, cui benedixit dominus. Attendite dignitatem sacramenti, quod uobis contraditum est, conficiendum, & dispensandum. Manus uestræ, quibus tam uenerabile sacrificium tractare datur, mundæ sint ab omni iniquinamento sordidorum munerum, ne pars uestra sit cū his, in quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus. Lotis manibus ingredientes ad altare, accedite cum eo, qui ait: Lauabo inter innocentes manus meas, & circundabo altare tuum domine. Os nostrum mundum conseruetur, ad gustandum, quoniam suauis est dominus, ad percipiendam eucharistiam, panem scilicet uiuū, qui de cælo descendit. Nō decet os sacerdotis, periurio pollui, nō falso testimonio, nō mēdacio, nō turpiloquio, aut uaniloquio, nō uerbis scurrilibus, ad rē nō pertinētibus sedari, nō o, pbrijs, &

detract-

detractionibus, ſuper inimicos dilatari. In ore ſacerdotis ſint gratiarum actiones, & uox laudis, oratio nes, poſtulationes, & obſecrationes. Omnis ſermo malus ex eo non procedat, ſed ſermo bonus, qui gratiam edificationis præſtet auditoribus, & fiat quod dominus loquitur, dicens: Laude mea infrenabo te, ne intereas. Hinc quidam laude infranatus dicit: Benedicam dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. Laude dei infrenandum eſt os, ne per effrenatam loquendi licentiam, ad turpia, & inhoneſta relaxetur. Inmundum, & commune non debet eſſe os, quod ſacro conuiuio contingi debet. Fratres dilectiſſimi, firmiſſime teneamus, & indubitanter credamus, quod de hac ſacra communione, ipſius dei, & ſanctorum patrum autoritas, nobis credendum præſcribit. In hoc ſacramento, continetur uirtus reparationis noſtræ, pretium redemptionis noſtræ, ueritas occulta, ad exercitium fidei noſtræ: diſciplina Chriſti repreſentat ad exemplum uitæ noſtræ. Vnde cum hoc ſacrificium Chriſtus inſtitueret, & diſcipulis traderet, dixit: Hoc facite in meam commemorationem. Facite, qd' facio, offerte, quod offero: ſic uiuite, ut ego doceo. Viuendi & moriendi formam hinc accipite, quam meo exemplo uobis trado. Efficit hoc ſacramentum

sacramentum in nobis, ut uiuat Christus in nobis, & nos in ipso. Efficit in nobis, ut sicut mortuus est Christus pro nobis, ita & nos moriamur p Christo. Quicunq; autem moriuntur in Christo, aut p Christo, cum pietate dormitionem accipiunt, & optimam habent repositam gratiam. Gloria enim resurrectionis illis promittitur, & reseruatur. Cuius reparatio salutaris, est huius sacramenti digna perceptio, cuius uirtute, reformabit deus corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Quid dignum retribuemus domino, pro tanta gratia nobis collata? Pro tanto honore, quid recompẽsabimus ei? An ipse nos diligat, frustra queritur, qui in signum inestimabilis dilectionis, in se nobis præbet panem uitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ. Iustum est itaq;, ut quantum permittit humana infirmitas, digne, & reuerenter accipiamus tam præclarum donum dei, tam eximium beneficium, ut custodiamus illud, sicut pupillam oculi, immo plusquam pupillam oculi, sicut uitam nostram, sicut salutem nostram, sicut spem & rem resurrectionis, & gloriæ nostræ. Quicquid per negligentiam circa reuerentiam tanti sacramenti hactenus peccauimus, exactiore, & propensiore diligentia, in posterum emendemus, & damna prioris temporis,

& ante actæ uitæ, honestiore p̄posito, & maturiore consilio, compensemus, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.

ECCE quã periculosa sunt tempora nostra, quã corrupti, & abhominabiles facti sunt filij hominum, in studijs suis. Repleta est terra iniquitate, & sicut in diebus Noe; omnis caro corruperat uiam suam, ita & nunc. Et ántecp̃ uenirent aquæ diluuij super terram, in reprobis moribus hominum, spirituale diluuiũ præcessit, & figurabatur in hominum culpa, qualis futurà erat iudicij pœna. Inundauerunt enim torrentes iniquitatis, & qui erant in diluuio aquarum multarũ, ad deum non approximabant, propterea abyssi operuerunt eos, & descenderunt in profundum, quasi lapis. Et dum abyssus peccatorum, inuocaret abyssum iudiciorum dei, & clamor introiret in aures domini dei Sabaoth, rupti fontes abyssi magnæ, & cataractæ cæli apertæ sunt, & deleuit dominus carnem de superficie terræ, posuitcp̃ arcum fœderis in nubibus, ut non ultra timeat sibi homo ab aquis diluuij, timeat tamen. Arcũ enim suum tetendit deus, & parauit illum, dans me

tuenti-

uientibus se significationem, ut fugiant a facie arcus. In recordatione trãsacti iudicij, futuri terror incutitur, & in ipso arcu, quem deus in nubibus posuit, in uarijs coloribus apparent signum foederis, & signum terroris, iudiciũ aquæ, & iudiciũ ignis. A iudicio aquæ nos absoluit, sed terribilis est expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Ecce iam nunc in moribus hominum, futuri iudicij figura præcessit. Ignis enim cupiditatis, & libidinis, & malignitatis, accensus est in medio populorum, & late depopulantur habitatores terræ, quasi iam uicina sit mundi conflagratio. Quæ cum uenerit, configurabitur pœna culpæ. Qualis enim nunc est culpa, talis erit & pœna. Vita enim malorum ignis est, & pœna malorum ignis erit. Vita quoque iustorum ignis est, & sic ignis erit gloria eorum. Ardent nunc iusti igne diuini amoris, quoniam dominus ignem uenit mittere in terram, & quem uult, ut ardeat. Ignis enim est in Syon, & caminus ignis erit in Ierusalem. Ardebunt iusti in futuro, sed sicut Seraphin, ardebunt, & fulgebunt, sicut sol in cõspectu dñi, & lucebũt in splendoribus sanctorũ. Hæc erit gloria eorum, qui sicut lucernæ lucẽtes, & ardentes, per charitatẽ sibi intus ardẽt, &

& ante actæ uitæ, honestiore proposito, & matu-
riore consilio, compensemus, redimentes tempus,
quoniam dies mali sunt.

ECCE quã periculosa sunt tempora no-
stra, quã corrupti, & abhominabiles fa-
cti sint filij hominum, in studijs suis. Re
pleta est terra iniquitate, & sicut in diebus Noe;
omnis caro corruperat uiam suam, ita & nunc. Et
antecꝫ uenirent aquæ diluuij super terram, in repro
bis moribus hominum, spirituale diluuiũ præces-
sit, & figurabatur in hominum culpa; qualis futurà
erat iudicij pœna. Inundauerunt enim torrentes ini
quitatis, & qui erant in diluuio aquarum multarũ,
ad deum non approximabant, propterea abyssi
operuerunt eos, & descenderunt in profundum,
quasi lapis. Et dum abyssus peccatorum, inuocaret
abyssum iudiciorum dei, & clamor introiret in
aures domini dei Sabaoth, rupti fontes abys-
si magnæ, & cataractæ cæli apertæ sunt, & dele-
uit dominus carnem de superficie terræ, posu-
itcꝫ arcum fœderis in nubibus, ut non ultra time-
at sibi homo ab aquis diluuij, timeat tamen. Arcũ
enim suum tetendit deus, & parauit illum, dans me
tuenti-

tuentibus se significationem, ut fugiant ea facie arcus. In recordatione trãsacti iudicij, futuri terror incutitur, & in ipso arcu, quem deus in nubibus posuit, in uarijs coloribus apparent signum fœderis, & signum terroris, iudiciũ aquæ, & iudiciũ ignis. A iudicio aquæ nos absoluit, sed terribilis est expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Ecce iam nunc in moribus hominum, futuri iudicij figura præcessit. Ignis enim cupiditatis, & libidinis, & malignitatis, accensus est in medio populorum, & late depopulantur habitatores terræ, quasi iam uicina sit mundi conflagratio. Quæ cum uenerit, configurabitur pœna culpæ. Qualis enim nunc est culpa, talis erit & pœna. Vita enim malorum ignis est, & pœna malorum ignis erit. Vita quoque iustorum ignis est, & sic ignis erit gloria eorum. Ardent nunc iusti igne diuini amoris, quoniam dominus ignem uenit mittere in terram, & quem uult, ut ardeat. Ignis enim est in Syon, & caminus ignis erit in Ierusalem. Ardebunt iusti in futuro, sed sicut Seraphin, ardebunt, & fulgebunt, sicut sol in cõspectu dñi, & lucebũt in splendoribus sanctorũ. Hæc erit gloria eorum, qui sicut lucernæ lucẽtes, & ardentes, per charitatẽ sibi intus ardẽt, &

ad exemplum, alijs foris lucent. Mali quoq; in futuro ardebunt, sed dissimiliter, de quibus propheta ad dominum loquitur: Pones eos ut clibanum ignis, in tempore uultus tui. Ardent iam nunc, de quibus dicitur: Omnes adulterãtes, quasi clibanus corda eorum. Et de malis per Psalmistam dicitur: Supercecidit ignis, & non uiderunt solem. Ignis nempe quo ardent, non illuminat, sed excæcat, in tantum, ut solem uidere non permittat. Vnde & ipsi in nouissimis, præ angustia spiritus, intra semet gementes, dicturi sunt: Lumen iustitiæ non illuxit nobis, & sol non ortus est nobis. Signa quoque quæ diem iudicij præcurrunt, præsentibus moribus nostris configurabuntur; & qualia uisibiliter futura sunt, talia spiritualiter in nobis iam apparẽt. Scriptum est: Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, anteq; ueniat dies domini magnus & terribilis. Quod in firmamento sunt sol & luna, hoc in ecclesia dei sunt, ordo rectorum, & uita subditorum, ecclesiastica quoq; autoritas, & sæcularis potestas. Luna sole inferior est, & a se non lucet, sed a sole. Sic & uita subditorum inferior est q̃ uita prælatorum, per quos accendi debent, & illuminari. Ad eos quippe dictum est: Vos estis lux mũdi. In his autem rectoribus, qui ignorant: & errant,

qui cæ-

qui cæci sunt, & duces cæcorũm, sol cõuertetur in tenebras, ideoq; in uita subditorum, luna conuertitur in sanguinem, in sanguinem uidelicet corruptionis, & crudelitatis. Ecce enĩ refrigescit charitas multorum, & abundat iniquitas. Ascendit sanguis de lacu usq; ad frenos equorum, usq; ad rectores populorũ, & sanguis sanguinem tetigit. Non inueniunt laici in nobis, quod debeant imitari, inueniunt qd' uelint persequi. Persequuntur nos calumnijs, persequuntur iniurijs, persequuntur nos damnis, detractionibus, opprobrijs, tandem persequũtur & gladijs, Nuper enim furor persequentium, in capite nos uulnerauit, qui Christum domini beatissimum Thomam præsulem nostrum, ob insignem ecclesiasticæ libertatis defensionem, usq; ad mortem persecuti sunt. Et si uerum est, quod causa huius rei fama sparsit, & multorum conscientia metuit, uita nostra indisciplinata, tanti mali seminarium fuit, tantique odij fomitem ministrauit. Non enim existimauit nos homo, sicut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum dei, sed iudicium suum portabit, quicunq; est ille. Indigni forte uidebamur antiquis priuilegijs, quæ per indulgentiam Romanorum pontificum, & antiquorum regum nobilĩ;

pro pace, & libertate clericorum indulta sunt. Absit reuerentia uero, nos certe indigni eramus, secundum uitæ meritum, omnino indigni eramus. Veruntamen in quocunq; sacerdote, sanctum est semper sacerdotale ministerium, & honorabile sacerdotij sacramentum. Veniat nunc nobis in mentem illius temporis, quo Doech Idumæus gladio percussit octoginta quinq; sacerdotes uestitos ephot. Rememoramini pristinos dies, & sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, qui occisus est inter templū, & altare. Habent & nostra tempora, sacrilegæ crudelitatis nonnulla insignia, sed multorum scelerum magnitudo, unius operis comparatione absoluitur. Nouit deus, quanta malignatus est inimicus in sancto. Omnis nequitia nostri tēporis, & si multa nunc abundet, ab uno sancto iustificata est. Vnū quidē factū est, sed in uno facto, multa sunt crimina. Artificiosa enim malignitas, & in suum exitium ingeniosa, ut perfectæ nequitiæ nil deesset, totum negotium iniquitatis, in extrema malitia consumauit. Si autem inordinata, & indisciplinata conuersatio nostra, huic tanto malo occasionem præstitisse, probabili opiniōe putanda est, quid consilij super est, nisi ut clamemus ad dominū deum nostrū, donec mise-

nec miſereatur noſtri, Miſerator eſt enim, & multũ miſericors; Quid ſalubrius, quid ue honeſtius, niſi ut uitam noſtram ad ordinem reuocemus, & diſci plinam, & in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſi cut dei miniſtros, ut qui nos perſequũtur & detre- ctant de nobis, tanq̃ de malefactoribus, uidentes bonam cõuerſationem noſtram, edificentur & ipſi ex noſtro exemplo ad penitenciam, Si enim ipſum lumen tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erũt? Si nos ad hoc cõſtituti ĩ eccleſia dei, ut uita noſtra aliis luceat in operibus bonis, adhuc in tenebrarũ ope- ribus ambulamus, quid mirũ ſi ſubditi noſtri ne- ſcientes, & non intelligentes in tenebris ambulent, cæci, & noſtro exemplo magis excæcati, Nonne ſanguis eorũ de manibus noſtris requiretur? Nõ- ne beatiſſimus ille martyr qui pro nobis animã ſu- am poſuit, deponet contra nos querimoniam? Nonne uox ſanguinis eius de terra clamabit cõtra nos, & ãte tribunal diſtricti iudicis rei erimus om- nes nos? Nonne per culpã noſtram mortuus eſt? Quæ ſi cauſam mortis non dedit, tamen occaſionẽ preſtitit, Si peccare perſeueramus, ſicut exiſtimare licet nõ erit hic amplius nobis patronus ad iuſtitiã, ſed acculator ad teſtis ad uindictã non interceſſor

ad ueniam. In malis, que iusto iudicio dei patimur, non est, cui iure succenseamus, nisi nobismetipsis, ipsi grauiora meruimus, & nondum meritis nostris condigna sustinemus. Nobis merito imputandū est, & in periculum nostrum redundat, quod secularis potestas, ecclesiastica iudicia sibi uendicat, quod ecclesiastica autoritate non regitur, quod cōsilio ecclesiæ non utitur, uel nitit, sed renititur: quod gladius Petri obtūbitur, quod claues Petri non reputantur, quod sacramenta ecclesiæ contemnūtur, quod sanctum & terribile nomen dei, sub periurij cōtemptu inuanum assumitur, quod sacrosanctis ecclesijs debita reuerētia non defertur, quod ecclesiasticis personis debitus honor nō exhibet, quod sanctæ religionis honorabile nomē in cōtemptum adducitur, Hæc omnia & id genus plurima, a nobis requirenda sunt, quia peccatis nostris imputāda sunt. Viæ enim nostræ, & iniquitates nostræ fecerunt hæc nobis. Potens est autem deus de manibus persequētium, sponsam suam, quam sibi zelat, cum uoluerit, liberare, ad modicū iratus est, ipsi uerō adiuuamus i malū. Hoc agere uidet illa potestas, ut ecclesiā habeat subiectā ne sit ei ipsa subiecta. Sed, quid dicit scriptura? Et erit, inquit, sicut somnium

uisionis

uisionis nocturnæ, multitudo gentium dimicantium contra Ariel, Stupor, & mirabilia facta sunt hodie super terram. Peruerso enim ordine rerum, luna supra solem exaltata est, & non stat in ordine suo. Sed quid dicit scriptura? Eleuatus est sol, & luna stetit in ordine suo. Eleuetur sol, & reuocetur in locum suum, redeat uita sacerdotum, ad ordinem suum, sit ordinata, sit disciplinata, & tunc stabit luna in ordine suo. Ex tunc erit uita subditorum ordinata, & disciplinata, suisq; finibus contenta. Quid magis decet ordinatos, q̃s ordinate uiuere? Quanta enim abusio est, & rerum, & nominum, si qui ordinati dicuntur, inordinati inueniantur. quũ dicat propheta: Luna stabit in ordine suo. significat lunam, quæ sole inferior est, ordinem habere. Nam si in uita subditorum ordo disciplinæ requiratur, quanto magis in uita rectorum? Ad hos quippe pertinet, omnia ordinate agere, & aliorum mores suo iudicio ordinare. Throni enim dei sunt, in quibus deus sedet, & iudicia sua decernit, de quo throno, pater de filio loquens, ait: Et thronus eius sicut sol in conspectu meo, Et addidit: Et sicut luna perfecta in æternũ. Hoc ordine, consummabit deus gloriam iustorũ. Thronus dei, in prælatis, & perfectis erit sicut sol, luna longe splendidior, longe superior,

perfor, & luna in fulgiditis, minusque nunc perfectis, tunc erit in æternum: sed perfecta in ordine suo. Ad quam gloriam nos perducat, unumquemque in ordine suo, deus, qui est benedictus in sæcula.

Sermonis reuerendiss. in Christo patris, ac domini, domini Balduini, Cantuariensis episcopi, de uenerabili altaris sacramento: impressi Cantabrigiæ, Añ. M. D. XXI. finis adest felicissimus.

Io. Dun. Tetrastychon.

Hinc fugiant sacer est cæca de stirpe libellus
Progeniti, quorum Musa nefanda docet.
Hinc fugiant Ditis qui nil nisi impia Mystæ
Credunt, nec Christo, qui sacramenta dedit.

DIEV ET MON DROIT
HONI SOIT QVI MAL Y PENSE